



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 192. Chronicon Matthæ Palmerii

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

Sæcul. XV.
A. C. 1448.

fortitudo, ac heroica eorum facinora ex ipsis hisce parvis columnis hinc inde appensis facile dinumerari poterant. Equitum vestes erant trabea ex bombycembra chremesina, palliolum & toga ex panno holoserico candido, assutumque ejusdem coloris textum. Conventus suos in Ecclesia S. Mauritii Andegavi celebrare solebant. Hujus Ordinis insignibus haud alii condecorantur, quam Principes, Marchiones Comites, Vicecomites, aut antiquorum Equitum genere, vel Nobili per quatuor stirpes propagato sanguine sati, ac inculpatæ vitae fama clari. (*)

§. CXII.

Chronicon Matthæi Palmerii.

Dupin. Bibl. Script. to. 12 p. 96. Volater. l. 21 In hunc usque annum Domini millesimum quadringentesimum octavum a creatione mundi Matthæus Palmerius Florentinus Chronicom suum perduxit. In Chronico Eusebii Basileæ edito duntaxat typis excusa habentur, quæ Palmarius post S. Prosperum, cuius chronicon

(*) Ita Heliot in sua Historia Ord. Mon. & Relig. tom. 8. p. 282. & P. Honoratus a S. Maria Carm. Disc. in sua Dissert. Historico-critica de Ord. Equit. modernis & veter. lib. I. Dissert. VII, art. 2,

nicon in anno quadringentesimo quadra- Sæcul. XV.
gesimo quarto definit, prosecutus est. A.C 1448.
Elucubrassæ fertur inter alia Carmen
de Angelis italo sermone. Cum
vero hoc scriptum nonnullis scateret
verbis Arianam hæresin olenibus, &
ipse in jus vocatus palinodiam decantare
nollet, temeritatem rogi suppicio expias-
se traditur. Hoc tamen non satis firmo
probatur documento, etiam si Trithemius
illud afferere non dubitaverit; certius i-
gitur cum Paulo Jovio tenemus, nonnisi
eiusdem librum flammis traditum fuisse.
Matthæi Chronicon aliud quidam Auctor
Matthias Palmerius nomine, patria Pisa-
nus, usque ad annum millesimum qua-
dringentesimum octogesimum primum
continuavit. Hinc factum est ob nomi-
nis similitudinem, ut ab aliquibus pro u-
no, eodemque Scriptore citatus repe-
riatur.

§. CXIII.

*Nicolaus Cusanus, & alii quinque
Cardinales creati.*

Hoc anno labente Nicolaus Papa Nico-
laum Cusanum in meriti sui præ- *Dupin. l.cit.*
mium Cardinalem creavit. Nomen tra- *Trithem de
hebat ab oppido Cusa ad Mosellæ ripam
in Dicecefi Trevirensi, unde originem ha-
bebat. Hic, quamvis non nisi ex pau-*
Histor. Eccles. Tom. XXVIII. P pere